

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0228

LOG Titel: De Sitta. Cap. XXXVIII.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de



FORMA. DESCRIPTIO.

Magnitudo
Color.
Rostrum.
Ala.
Cauda.

PAssere domestico paulò maior est, Sturni ferè crassitie. Color totius corporis expansis alis optimè conspicitur. Rostrum habet oblongum, tenue, nigrum. Caput collum, dorsum cinerea. Pectus albicans. Alas partim cinereas, partim rubeas, utpote prope ventrem. Caudam breuem, pennas alarum longiores, dorsum inferius, ventrem, & crura, quæ Picorum more breuia sunt, nigra. Digitos pedum longos, tres antè, vnum pro calce, quâuis Bellonius binos antè, & totidem retrò illi attribuat; quare suspicandum est Picum muralem nõ agnouisse, vel diuersum à nostrate depinxisse, quod non credo, quoniam reliqua descriptio, quam ponit, nostro exaciè competit. Vngues deniq. obtinet aduncos, & acutos.

Vngues.

VOLATVS. VOX. NIDVS.

VPupæ in volatu similis est. Alas enim vt illa semper motitat, nec vno loco residere nouit. Auicula est hilaris, & suauem vocem edit. Volat sola, & quandoq. binæ simul Nidulatur in foraminibus parietum.

DE SITTA. Cap. XXXVIII.

ÆQVIVOCA.

a L. 9 h. c. 1
Camulgus.
Sitta.

Albertus, vbi Aristoteles Sittam nominat, ibi Græcè Camulgum vocari ait aem, & Latini Pfitacum, sed malè Hesychio *σitta* genus auis est, quam aliqui Pfitacum interpretantur. Super qua re fusius alibi à nobis scriptum est.


SYNONIMA.

Aristoteli Σίππη seu Σππη dicitur. Gaza Græco nomine seruato Sit tam vertit. Vocatur etiam ὑλοτομῶσα. quasi materiam contundens, sed id nomen omnibus Picis cōmune est; quibusdam Σεισοπυγίς, & Κιναιδός; quod vropygium motitet, vnde perperam nonnullis Motacilla appellata est. Græcis modernis hodie vocatur Κερκισίς. Recen. 516. tiores Latini Picum cinereum dicunt, Itali communiter omnibus nomine Picus, & Picchio, & priuatim Ziolo. Galli Torchepot, & Grimperau. Germanorum alij Meyspecht, quasi Picum Mij; alij Naffzhaecker quasi Nucipetam, à tundendis scilicet nucibus: Circa Argentoratum Nuffsicker: In Sueuia Tottler vel Nottler; In Heluetia Chaen: In Carinthia Blauusphehle, 30 quasi Picum paruum cæruleum: In Saxonia Baumhecker: Circa Norimbergam Klæcher. Turcæ Agaskakan.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

Ornithologus Aristotelem tradit bina Sittæ genera facere, maius scilicet, & minus; idq. postremum maiorem vocem edere. Verùm iocum illum pluries hæcenus questum repetire non potui. Placuit tamen eam Picis annumerare, quoniam eorum more, super arbores repat. Bellonius dubius primùm an Feingillæ, quæ arbores nempe etiam scaadit, congenerem facere deberet, tãdem idem cum nobis concludit. Idem etiam ficit Ornithologus. A Picis Aristotelis paruitate facilè discernitur. Pico Murali maior est, & discolor.

SITTA SEV PICVS CINEREVS.



FORMA. DESCRIPTIO.

Magnitudo
Rostrum
Caput
Oculi

FRingilla, & Paro maiori paulò maior est, crassitie ad Alaudam proximè accedens. Rostrum ei est longiusculum, rectum, nigrum, & rotundum. Caput paruum. Oculi exigui. Collū, dorsum, alæ, necnon, & cauda superius est plūbeo ad cinereum vergunt: sub colore verò, & ventre est castaneo ad rufum. Sub ventre radices omnium plumarum vbiq̃ue nigrae sunt, vti pariter sub cauda: Quod enim in illa plumbeum diximus, id ex duabus tantum pen- nis procedit, quæ superiorem eius partem contegunt. Cervix ad latera lutescit, qua parte inter rostri principium, & retro oculos macula est oblonga n gerrima. Pedes ex glauco nigricāte, & modico flauo tinguntur. Digi- ti eorum satis longi, vngues adunci, recurui, atrii.

Cervix
Pedes

VICTVS. NIDVS. GENERATIO.

alib. 9. hist.
c. 17.

IStæ auicula, si amplum in arbore foramen inuenerit, in quo nidulari auet, terra id, & limo claudit, angusto tantum aditu sibi relicto. Tantò verò id facit artificio, vt vel siguli manibus re-ctius extrui nequeat. Prolem numerosam, teste Aristotele, felicemq̃. progignit. Viuit maceriem contundens.

ANTIPATHIA. MORES.

alib. 9. c. 17.
bL 9. c. 17.

SIrta, vt idem Aristoteles tradit, cum Aquila pugnat. Oua enim Aquilæ frangit. Aquila tum ob eam rem, tum etiam quod carniuora est, aduersatur. Inquit etiam ei mores esse pugnaces, sed animum hilarem, concinnum, compotem facilioris vitæ. Addit deniq̃. rem maleficam ei tribui, quia rerum calleat cognitione.

DE PICO NIDVM SVSPENDENTE.

Cap. XXXIX.

Synonima, eorumq̃. amphibologia explicata.



Gaza error

Iverum est, quod nominum æquiuocatio multoties sæpe errorum mater est, vt Philosphorum princeps Aristoteles scriptum reliquit: itaque minimè nobis mirum videri debet, si & huic aui attributa synonyma multis, ijsq̃. doctissimis viris imposuerint ex vna eademq̃. aue diuersas faciendi. Alij enim, cum Gazam pro Chloreo apud Aristotelem Luteum, & Luteam, alibi verò pro Chlori Luteam rursus, & Luteolam traducere viderent, Chlorim cum Chloreo vel confuderunt, vel saltem non rectè distinxerunt, nominis scilicet amphibologia decepti. Vbi sanè insignis Gazæ hallucinatio conspicitur, Chlorin enim viridem potius, quàm luteam aut luteolam traducere debebat, ne aue cum quadruplo maiori, & diuerso colore Chloreo nempe, pro qua voce rectè quidem luteam vertit, confunderet, alijq̃. confundendi ansam præberet. Chloris autem Vitæ est, Auicula etiam satis nota, Verdere, & Verdere nobis cõmuniter dicta. Longolius, & Turneras, eosq̃. sequuti nonnulli alij, dum Chloreum à Chlorione (ita Plinius vocat) diuersam auem esse contendunt, & pro Chlorione quendam Passerem Spermologum, quem Germani Gaelgortz appellant, nobis obtrudunt, nullis prorsus rationibus nituntur. Quod cum demonstrare Ornithologus nititur, cuius quidem ex parte opinionem super hac aue complexi sumus, neciple satis firmis id argumentis probat. Sic enim argumentatur: Aristoteles à Chloreo Turturem vinci, Plinius Chlorionem cum Coruo pugnare scripsit, & Chlorioni Turturis magnitudo ascribitur: itaque verisimilius est Cloreum Aristotelis Plinio Chlorionem esse, & cum Coruo pugnare, quàm vel Chlorin, vel Passerem Spermologum auiculas Coruo vel decuplo minores. Solent enim aues eiusdem magnitudinis sibi inuicem pugnare. Verùm vt Regoli, & quod paulò antè ex ipso Aristotele recitamus, Sittæ auicularum minimarum cum Aquila auium regina, & Coruo multò maiore, & robustiore diffidium plus quàm vatinianum eius falsitatem arguunt, ita etiam Chlorionem cum Coruo dissidere minimè verum est. Id enim perperam ex Aristotelem b Plinius transcripsit: vbi non ἀδραξ̃ in Græco textu legitur, sed πικρα, hoc est, Picus varius. Vnde ego non eiusmodi rationibus ad ductus

Chloris, q̃
aus.
Longolij
Turner error.

Aues sibi
pugnantes.

al. 9. bi. c. 1.
bl. x. c. 74.